

1757

ASCETICI.

1758

καλλυγραφοῦ exaratus, minioque distinctus complectitur *Regulam Solitariorum, Inclusorum* seu *Retrutorum* absque titulo a *Cap. I.* inchoantem: *Primum* igitur indagari oportet, cur monachus, uel cur solitarius vocatur &c. Edidit hanc post *Lucam Dacherium Luc. Holstenius* in *Codice Regularum*, repraesentavitque in *Edit. August. Vind. Marian. Brockie T. I. 1759. p. 291. f.* In praevia *Observat. critica Grimlaicus* quidam ejus Autor teste *Prologo* statuitur, qui tamen *Prologus* in *Exemplo* nostro aut nunquam fuit, aut inde excidit, id, quod post *fol. 14.* etiam binis foliis factum est. *Grimlaicum* in ead. *Observat. Sec. IX.* scripsisse tradit *Holstenius* in eo lapsus, quod Solitarios adserit in *subterraneis Monasterii locis* inclusos fuisse. Falsum id esse docent, quae e *Cap. XVI.* adseribo: *Oratorium ita sit domui Ecclesiae contiguum, quatenus idem Solitarius per fenestram ejusdem oratorii possit ad missas per manus Sacerdotum oblationes offerre, ac cantantes et legentes fratres congrue audire, atque simul cum eis possit psallere, et etiam ad venientes quosque ibidem valeat responsa dare. Sint etiam ante ipsam fenestram deintus et deforis uela appensa, ne facile a foris uideri uel uidere queat. — Habeat autem infra septa retrusionis hortulum exiguum &c. — Sit etiam extra septa retrusionis et alia cellula, in qua discipuli eius habitent &c.* Ceterum Codex noster cum *Editis* bene consentit.

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

Ultimis Paginis Tabellae quaedam ordinandi Temporis habebantur, quae nunc magnam partem extritae sunt.

DCCXXXIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 1985 XV. Folior. 175. f. per duas columnas luculente et nitide scriptus, coloribus illustratus et olim, ut fert calx, *Domus porte beate Marie in Apxach ord. Carthusiens.* quae fundata a. 1386. ab *Haderico e Dynastis Meiffavien-sibus* nunc cum reliquis per Imperium *Austriacum Carthusiis* diem supremam obiit, continet: I. *Constitutiones Antiquas Ordinis* in *Partes III.* distinctas praemissis cuilibet *Parti Capitibus*, prout habentur in *Statutis ordinis cartusien-sis a domno Guigone (Wigone, Guidone, de Castro, de Ponte, de Pinu,* quinto a *B. Brunone* Carthusiae maj. Praefecto, *Delphinatē, a. 1137.* vivis exemto) *priore cartusse editis, et ab Joh. Amorbachio Basileae 1510. f.* impressis. *Parte II. c. 1.* in hac edit. legitur: *Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono visum est Capitulo generali &c.* pro quo Codex noster habet annum 1270. et *Nova Collectio Statutorum Romae 1688. 4.* vulgata annum 1572. Ad calcem *Partis III.* titulo *De diuersis statutis* addita sunt nobis 7. *Decreta*, quae non habentur in edit. *Basil.* video tamen ea per *Novam Collectionem Statut. cit.* esse distributa.

Ss

Fol.

*Fol. 108. p. 2. Incipiunt consuetudines domni Guigonis prioris cartusie 80. Capitibus, quae in edit. Basil. ipsas Constitutiones antiquas antecedunt. Additae sunt 37. priuate consuetudines sicut habentur in domo nostra Cartusie, quas bene decet esse in qualibet alia domo ordinis &c. In his occurrunt Capelluli pro Pileolis, Sconsa pro Laterna absconsa seu coeca, Galylea (Gallerie) pro Porticu.*

*Fol. 127. p. 2. Incipiunt nove Constitutiones pariter tripartitae, prout habentur post antiquas in edit. Basil. Additur ad calcem Decretum contra Priorum ordinis nostri euagaciones nimias et discursus, eorumque vestes et equitaturas curiosas et plus debito preciosas, quod in edit. cit. non reperi.*

*Fol. 151. calamo paullo recentiore praeuia obseruatione historica de magnis Prioribus Ordinis, et Prologo succedit Tercia compilacio statutorum ordinis cartusien. quae et in edit. Basil. succedit.*

In folio Codici praefixo tria manu Sec. XVI. exarata sunt: 1) Fides Antonii (Ciocchi) Cardinalis S. Praxedis, et (quod nesciit Ciaconius) Ordinis Carthuf. Protectoris: Leonem X. ad suas, Francisci de Puteo Prioris Generalis, aliorumque Ordinis Priorum preces dedisse veniam B. Brunonis, quamvis non reperiatur aliter canonizatus solennitus per summos Pontifices suae Sanctitatis predecessores, ut moris est, Festum sub sexta Octobris die in ipse duntaxat ordinis domibus, et earum ecclesijs seu capellis solenniter colendi et deuotione debita celebrandi, praefatique Brunonis corpus et memoriam dignis in Domino laudibus prosequendi et venerandi, Officiumque conveniens in honore ipsius beati confessoris agendi et decantandi, nec non commemorationem singulis diebus faciendi ex tunc et de cetero in perpetuum. Data Rome in palatio apostolico Die decima nona mensis Julij Millesimo quingentesimo Quartodecimo. Leonis II. 2) Ordinacio Capituli generalis Cartusie celebrati A. 1515. 7. Maji et seq. Conformiter ad praedicta traditur ratio cultus S. Brunonis per uniuersum ordinem, praescribitur Officium chori et missae, iubeturque Bruno in Litaniis invocari immediate post S. Benedictum. 3) Sequitur Modus se habendi religiose tempore Schismatis. Hic modus in calce dicitur missus ad priores ordinis per Reuerendum patrem Cartusie (Franciscum de Puteo) Anno domini 1512. Experti videlicet jam erant boni Viri incommoda, dum in Schismate Gregorii XII. et Benedicti XIII. pars eorum una Bonifacium Ferrerij fratrem S. Vincentij Priorem magnae Carthufiae, altera Stephanum Priorem in Seytz Styriae sequeretur. Ideo monentur hic, ut ingruente rursus ejusmodi calamitate in simplicitate Deo deserviant, studio partium vacui iudicium Ecclesiae permittant, et nexum perpetuum cum matre Carthufia conservare conentur.

*taxat ordinis domibus, et earum ecclesijs seu capellis solenniter colendi et deuotione debita celebrandi, praefatique Brunonis corpus et memoriam dignis in Domino laudibus prosequendi et venerandi, Officiumque conveniens in honore ipsius beati confessoris agendi et decantandi, nec non commemorationem singulis diebus faciendi ex tunc et de cetero in perpetuum. Data Rome in palatio apostolico Die decima nona mensis Julij Millesimo quingentesimo Quartodecimo. Leonis II. 2) Ordinacio Capituli generalis Cartusie celebrati A. 1515. 7. Maji et seq. Conformiter ad praedicta traditur ratio cultus S. Brunonis per uniuersum ordinem, praescribitur Officium chori et missae, iubeturque Bruno in Litaniis invocari immediate post S. Benedictum. 3) Sequitur Modus se habendi religiose tempore Schismatis. Hic modus in calce dicitur missus ad priores ordinis per Reuerendum patrem Cartusie (Franciscum de Puteo) Anno domini 1512. Experti videlicet jam erant boni Viri incommoda, dum in Schismate Gregorii XII. et Benedicti XIII. pars eorum una Bonifacium Ferrerij fratrem S. Vincentij Priorem magnae Carthufiae, altera Stephanum Priorem in Seytz Styriae sequeretur. Ideo monentur hic, ut ingruente rursus ejusmodi calamitate in simplicitate Deo deserviant, studio partium vacui iudicium Ecclesiae permittant, et nexum perpetuum cum matre Carthufia conservare conentur.*